



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Felicis Potestatis Panormitani Ordinis Minorum S.
Francisci de Observantia ... Examen Ecclesiasticum**

Potesta, Felice

Coloniæ, 1712

Cap. X. De Divortio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40060

4272 Sanchez lib. 9. de matr. dif. 35. n. 18. dicitur, cum, qui post matrimonium votum castitatis emittit, posse reddere in casu adulterii, & mortua uxore nubere; quia votum castitatis, quo ad partem reddendi, non est absolute.

At recedens cum Leandro cit. quast. 75. dico, esse verum de voto non petendi, quod quidem est compossibile cum matrimonio; et votum castitatis utramque partem comprehendit, & in casu petitionem semper, & in casu non petitionem verò, quando jus alterius conjugis fuerit impeditum; cujusmodi est in casu adulterii, aut mortis illius. Unde tunc votum castitatis, quo ad partem reddendi, est nullum, pro quando alter conjugum habet jus petendi; est validum, pro quando illud amittit.

CAPUT X.

De Divortio.

4271 Divortium, est separatio conjugum quo ad th-rum, & habitationem, & quædam vinculo permanente.

4274 Est duplex, perpetuum, & ad tempus. Perpetuum fit causa adulterii, cap. Gambrinus, & cap. Ex litteris de divortio. Ad tempus est, quod fit ob alias causas, de quibus mox.

4275 Divortium perpetuum à divortio ad tempus differt per hoc, quod in divortio perpetuo potest conjux innocens, si velit, castitatem in sacro vovere, Ordines Sacros suscipere, aut in Religione profiteri, permatrimonie semper vinculo matrimonii, quod quidem, si est consummatum, in nullo casu dissolvitur, ex n. 4251. Ea autem fieri non possunt in divortio ad tempus.

Divortium, fieri non potest auctoritate pri-

vatâ, sed fieri debet auctoritate Judicis Ecclesiastici, causa probatâ.

4276 In casu adulterii, sicut publicum, Pontius lib. 9. de matr. c. 18. Fenech de divortio, Riccius, & alii contra Sanchez tenent fieri posse propriâ auctoritate. At rectius Clericatus, cap. 146. num. 10. docet, Doctores affirmantes esse intelligendos de foro interno, minime de externo.

4277 Divortium perpetuum est permixtum ob adulterium jure Divino, Matth. 19. Quicumque dimiserit uxorem, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, maritatur.

4278 Nominè adulterii ad divortium venit quævis copula, naturalis, sodomitica, aut bestialis, quia per quemlibet ex his conjux dividit suam carnem contra fidem alteri conjugii in Sacramento datam. Non veniunt tactus, oscula, pollutio, aut copula cum femina mortua. Tamb. lib. 3. de matr. ar. 7. s. 3. & Clericatus cit.

4279 Hæc libertas divortii est concessa conjugi innocenti, minime conjugi adultero, qui tenetur conjugi innocenti adhaerere, si hic nolit divortium, & ille sit certus, nullum sibi periculum imminere. Clericatus cit.

4280 Adulterium constare debet per probationes, aut violentas præsumptiones, puta si sint testes de visu, si adulter sit repertus in lecto cum adultera, nudus in cubili, si adsint filii, si moretur in domo adultera, & alia, quæ de jure probant; v. in. 2748.

4281 Quinque autem dantur casus, quibus, non obstante adulterio, non potest ad divortium deveniri. Quos refert Clericatus cit. num. 7. ex Pontio, Sanch. & Tamb.

1. Si uterque conjux adulterium commiserit, etiam si unus sit occultum, alterum publicum, & etiam post divortium conjux innocens adulteretur; quia delicta compensantur, 2. Si unus conjugum adulterium com-

O o o o 2 mittas

mittat altero consentiente directe, aut indire-
cte, uxorem male tractando, à se expellendo,
&c. 3. Si adulterium sit commissum per vim,
& metum gravem, quem non potuit repelle-
re: v. num. 2094.

4. Si conjux innocens remittat culpam
adulterii expressè, aut tacitè, videlicet reci-
piendo Reum ad oscula, aut ad copulam,
5. Si conjux innocens sciat, se continere non
posse, tunc namque ad vitandum periculum
sue incontinentiæ, & ruinæ spiritualis sua-
animæ, non potest ab adultero separari: v.
num. 2150.

4282. Causæ divortii ad tempus sunt tripli-
cis generis, quarum scilicet obcernunt *periculum
fidei*, ut si conjux sit factus hæreticus. Vel *pericu-
lum animæ*, ut si conjux ad sodomiam solli-
citet, aut ad peccatum. Vel *periculum corporis*,
ut si conjugi superveniat lepra, seu morbus
contagiosus. Si conjux unus alterius vitæ insi-
diatur, aut sevitiam exerceat in uxorem.

4283. Si conjux sit factus hæreticus, po-
test fidelis propriâ auctoritate ab eo diver-
tere ad vitandum periculum infectionis. Cle-
ricatus cit. r. um. 12. ex Sanchez. de matr. lib. 10.
dis. 5. num. 6. Et hæreticis dicitur adulterium
spirituale.

4284. Sollicitatio ad sodomiam, difficile
probatum, nam mulier patiens non potest esse
testis sufficiens, etiam si juret. Unde Sperel-
lus apud Clericum etc. monet Judices eccle-
siasticos, ut mulieres querelam ferentes sua-
deant ut proprio pudori, ac suorum viciorum
exstimationi parcant, & sic eas dimittant.
Probatum, si testes essent qui deponerent,
se ex interjecto pariete audivisse preces, aut
minas, ac petitiones viræ & negationes mulie-
ris, & insuper ad minicula extarent maxime
duo, nimirum si vir sit super hoc vitio disfa-
matus, & mulier sit pudica, ac timorata con-
suetudine. Hæc Sperellus cit.

4285. Morbus Gallicus probatur per
ram judicio, & concedit negationem
ti, atque etiam separationem quoad
si medicorum judicio ad sit periculum
mè quoad cohabitationem.

4286. Sevitia potest esse triplex, 1. Si
moderate, & ex causa uxorem verberat
hæc nec dicitur proprie sevitia, nec
ad divortium, 2. Si immoderate verberat
sed potest provideri à Judice per cautionem
tunc nec datur divortium, sed tunc
stituitur cautione præfata, 3. Si sevitia
atrox cum timore futura offensio,
datur divortium.

4287. Judicare quando sevitia
pendet à prudentis Judicis arbitrio
stantis personæ, loci, modi, &c. consideranda.
Plura assignari solent signa atrocitatis,
vir sit solitus in uxorem sevitire, 2. Si
tus sit eam occidere, & sit solitus
gus, aut sit crudelis natura, 3. Si
odium, & inimicitia inter maritum
rem intercedat, vel quia unus alterum
no necare tentavit, vel de gravi
sevitie jus carcerationem procuravit,
am si civilem litem super magna
quantitate agant, 4. Si pluries uxorem
parietem percussit. Si in eam Caltriam
nerandum jecit. Si eam in cubiculo
gatione alimentorum detruat. In his
milibus casibus datur sevitia atrox
um sufficiens. Hæc Clericus cit. r. um. 12.
ciunt testes consanguinei, affines, & do-
fici; nam hi melius scire præsumuntur.

4288. Ad hanc sevitiam probandam
dec. 155. num. 49. part. 6.

Mulier si tacuit, & vir à sevitia
non potest divortium petere, quia per
nitatem, & cohabitationem post
præsumitur injuriam remisisse. Clericus
Sperello dec. 139. num. 93.

CAPUT XI.

De debito Coniugali.

4294 **A**dulter in poenam mittit jus ad petendum debitum ex iustitia: potest igitur petere rogando, sed non cogere, nam tunc alter coniux habet jus ad denegandum, & ideo dicitur adulter amisisse jus, quatenus non potest uti debito, invito coniuge, sicut antea poterat.

Hoc ad differentiam affinitatis, & voti quibus stantibus, nullo modo reus potest petere debitum sine dispensatione obtinenda ab Ecclesia.

Pro adulterio tamen poena remittitur ab ipso coniuge offenso, vel verbis, vel per signa amoris, vel ex quo adultero petenti, & roganti, liberè reddat debitum quâ factâ remissione statim adulter acquirit jus ad petendum ex iustitia: ita ut coniux non possit amplius ex vi prioris adulterii debitum denegare.

Tandem hæc poena non ineurritur nesciente coniuge adulterium.

4295 **Qui est certus** de nullitate matrimonii, bona fide contracti, non potest petere, nec reddere debitum, etiam si comparsignoret, sed debet petere dispensationem, & interim aliquâ occasione desumptâ separari ob periculum fornicationis: quod si non habeat locum dispensatio, quatenus impedimentum est juris naturæ, & non potest matrimonium per solam renovationem consensûs revalidari, v. gr. si erit impedimentum ligaminis, tunc tenetur fugere.

Si esset dubius, dubio non scrupuloso, sed prudenti, non potest petere, antequam diligentia factâ de veritate, rationaliter dubium deponat, quia se exponit periculo peccandi;

O o o o 3 tene-